2830 cippus m(agnus?) p(alm.) 5 lat. 3 charact(eribus) gr(andibus) et antiq(uis), *in Zagarolo* ANON., Saguerollae ad palatium Principis SVAR. f. 256.

FLAVIAE · T · /
SABINAE
CAESENNI PAETI

Anonymus cod. Vat. 9140 f. 247′ (inde Suaresius Praen. p. 278; ex hoc Mur. 1675, 15; Vulpi Lat. 9 p. 193; Cecconi p. 157; Petrini p. 357, 10); aliter manus ignota (sed locum adscripsit Suaresius) cod. Vat. 9140 f. 256, unde fortasse repetivit alia manus in eodem codice f. 236.

1 FLAVIAE f. 247′, FLAVIAE·T· f. 256, item sed sine punctis f. 236. — 3 CAESENNI · F f. 247′, CAESENNI PAE–TI– f. 256, CAESENNII PAETI f. 236.

Caesennius Paetus fortasse is est qui fuit consul ordinarius anno p. C. 61 (Tac. ann. 14, 29 cf. Corp. VI, 597, ex quo titulo colligitur fasces illum gessisse per plus duos menses) et mox Armeniae praepositus, deinde legatus Syriae sub Vespasiano (Ioseph. b. Iud. 7, 3, 4. 7, 7, 1), postremo proconsul Asiae sub Domitiano (Lebas-Waddington 3, 358; Eckhel 2, 519. 557 cf. Waddington fast. prov. Asiae n. 107, ap. Lebas-Wadd. 710), nam hunc proconsulem diversum fuisse a consule anni 61 non est verisimile.

2831 in sarcophago Palestrinae effosso anno 1691 BIANCH. *Tra Palestrina e Zagarolo in un sepolcro* MARVC. Zagaroli FABR. Romae in aedibus Massimi *alle colonne* SEGVIER, ibique extat. — *Ritrovata presso la via Latina nel 1629* [1692?] GIORG.

D I S · M A N I B V S
C · S E I O · M · F · Q̲V I R
C A L P V R N I O · Q̲V A D R A T O · S I T T I A N O
P R O C O S · P R O V I N C · N A R B O N E N S I S P R A E T
PEREGRINO · TRIB · PLEBIS · QVAESTORI · PROVINC · AFRIC · III VIRO
C A P I T A L I
C V I V S · C O R P V S · H I C · C R E M A T V M · E S T

Descripsit Gatti, recognovit Dressel. Exhibent cod. Marucell. A 195; Fabretti 704, 250 (inde Vulpi Lat. 9 p. 282); Bianchini cod. Ver. 362 fasc. 10; Gregorius Piacentini in epistula data Grottaferratae d. 27 Sept. 1735, apud Giorgium sched. Casanat.; Seguier Paris. f. 23; de Ceuleneer, qui ineditam putavit, *bulletin de l'académie de Belgique* ser. II vol. 45 (1878) p. 544 cum tabula. De visu memorat Borghesius Burb. p. 9 = opp. 4 p. 110.

Seius Quadratus est apud Tacitum ann. 6, 7.

2832 in sepulcro *tra Palestrina e Zagarolo* MARVC. In agro Praenestino FABR.

A L C I M V S	C L A V D I A
NERONIS · CAESARIS	D O C I L E
AVG · SERVOS · A	FECIT · SIBI · ET
VESTE · CASTRENSI	CONTVBERNALI
VIX · ANN · XXX	S V O

Codex Marucellianus A, 195; Fabretti 317, 409 (inde Vulpi Lat. 9 p. 195; Cecconi p. 92; Petrini p. 356, 4; Orelli n. 2837).

4 VESTA Maruc.

2833 tabula marmorea. Romae apud Ficoronium FIC., qui Cecconio narravit repertam esse *nella via consolare proveniente dalla Labicana in quella parte che dicesi li Prati*, i. e. inter Zagarolo et Praeneste. Veronae in museo MAFF., ubi extat. — Ficoronii testimonium cur fictum vel falsum putem, nulla causa est.

D I S · M Á N I B V S
M · ANTONI · PALLANTIS · L
NOBILIS
ABASCANTVS · AVG · DISP
A FRVMENT · DÉ · SVO · FECIT

Descripsit Mommsen. Ficoroni misit Muratorio d. 15 Aug. 1739 (sched. Mur.), unde edidit Muratori 888, 2; ab eodem Ficoronio accepit Cecconi p. 153 (inde Petrini p. 372, 55); Maffei mus. Ver. 130, 7; cod. Paris. suppl. Gr. 382 f. 306.

2834 cippus marmoreus, ab utroque latere est genius alatus nescio quid sustinens. Zagarolae ad palatium principis SVAR., similiter POSTERIORES. Extat Zagarolo ante palatium ducis Rospigliosi. — S. l. CAST.; ibidem, praec. 'in aedib. card. Florentiae' WINGH. CIACC.; Romae DON., errore ut puto, stetit enim antiquitus hic cippus sine dubio eodem loco quo tabula n. 2833 ab eodem Abascanto (cf. infra) posita; eam autem cum repertam esse inter Praeneste et Zagarolo constet testimonio Ficoronii, hic quoque non ex urbe Roma videtur venisse Zagarolo, sed ex loco aliquo vicino.

D · M
L A V R I
A B A S C A N T V S · C A E S · Ñ ·
SER · VERN · DISP · ANNON ·
PATER · ET ·
C A R P I M E · M A T E R ·
F I L · D V L C I S S I M O ·

Descripsimus de Rossi Detlefsen ego. Winghe Brux. 2, 23 = Ciacconius Raff. f. 127; Z. Castellini cod. Vallicell. R 26 f. 258′; Donius 7, 200 ex schedis Vatic. Ex lapide Suaresius Vat. 9140 f. 236; manus ignota ibid. f. 256; Fabretti 295, 249; Bianchini cod. Veron. 362 fasc. 10; Giorgi sched. Casanat.; Marini ms. Vat. 9127 f. 279; Nibby *analisi* 3 p. 741 (inde Henzen n. 6541); Marocco *stato pontificio* 8 p. 183. Huius corporis vol. VI n. 8472.

Abascantum Aug(usti) disp(ensatorem) a frument(o), qui posuit n. 2833, et *Abascantum Caes(aris) n(ostri) ser(vum) vern(am), disp(ensatorem) annon(ae)*, qui posuit n. 2834, unum eundemque esse observavit Hirschfeld Philologi vol. 29 (1870) p. 72.

2835 cippus marmoreus litteris optimis ROSSI. Zagarolae GIORG. Zagaroli in angulo plateae ante palatium ducis vidit etiamtum ROSSI, sed pars inferior terra latebat; ego frustra quaesivi.

T I · C L A V D I O
A V G · L · P H O E B O
A N T O N I A N O
SIBI · ET · LIBERTIS
L I B E R T A B V S Q V E

Descripsit de Rossi v. 1—3. Pleniorem exhibent Giorgi sched. Casanat.; Nibby *analisi* 3 p. 741; Marocco *monum. dello stato pontif.* 8 p. 183.

Antonianus nomen habuit Claudii libertus sine dubio a Pallante (cf. n. 2833).

2836 Zagaroli in S. Laurentio.

DIS MANIBVS
M · STATIO AMERIMNO
STATIA CLEOPATRA
PATRONO IDEM CONIVGI
PIENTISSIMO ET
BENEMERENTI POSVIT

Servavit Iucundus Ver. f. 221, Magl. f. 179 (inde Mur. 1561, 4 missam a Gorio). Ex eo pendet Donius Barb. p. 80, Vat. 7113 f. 51′; ex Donianis Fabretti 291, 226 laudans schedas Barberinas.

Versuum divisio non traditur. — 2 M·SENTIO, 3 SENTIA Fabr.